

conversam esse vinum de vite, quia est conversa à vino de vite, unde sicut vitis est causa vini convertentis, ita etiam remotè est causa vini converti.

Obj. 4. Aqua est corpus elementale & simplex; quod in mixtum immediatè non convertitur.

R. Præterquam quod non habeamus aquam purè elementalem, Elementum Aquæ, licet non possit actione vini in vinum converti, potest tamen converti per divisionem, quâ materia aquæ modicæ in minutissimas particulas divisa confunditur & absorbetur, ut formam aquæ retinere non possit, sed recipiat formam circumdantis vini.

Obj. 5. Aquam vino mixtam posse arte Chymicâ à vino separari; ergo experienciâ probatur aquam non converti in vinum.

R. Tunc solum veram aquam Elementalem è vino extrahi, quando magna quantitas aquæ, quæ in vinum non potuit converti fuit affusa; si autem modica aqua fuit affusa, liquor ille, qui per artem extrahitur, non est aqua Elementalis, sed debilior pars vini aquæ similitudinem & colorem habens, quod patet ex eo, quod etiam è vino puro per artem talis spiritus vel talis liquor extrahi possit.

DISPUTATIO XXII.

De Transubstantiatione.

TRIBUS tantum modis intelligi potest substantialis præsentia corporis & sanguinis Christi in Sacramento Eucharistiæ: *1^{mo}* Per impartationem, quo nomine intelligitur unio hypostatica verbi cum pane, ita ut in Eucharistiâ verbum hypostaticè uniatum cum pane, de quo sic unito de Carne Christi intelligantur illa Verba: *Hoc est Corpus meum.*

Id est: hic panis per unionem hyposticam est meum corpus. 2do, Per consubstantiationem, ita ut presentia Corporis Christi sit simul cum presentia substantiæ panis. 3tio, Per transubstantiationem, quo nomine intelligitur conversio substantiæ panis & vini in substantiam Corporis & sanguinis Christi.

Christum esse cum substantiâ panis & vini fuit error Wicleff damnatus in Concil. Constantiensi; fuit quoque error Lutheri damnatus in Concil. Trid. sess. 13. Can. 2. *Si quis negaverit mirabilem illam & singularem conversionem totius substantiæ panis in Corpus & vini in Sanguinem manentibus duntaxat speciebus panis & vini, quam quidem conversionem Ecclesia Catholica aptissime transubstantiationem appellat Anathema sit. Ratio hujus est: Quia Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22 dicitur: Hoc est Corpus meum, cum aliàs potius dicendum foret: Hic est Corpus meum; quamvis enim pronomen Hoc demonstrare possit rem contentam cum re continente, si res continens vel ex suâ naturâ vel ex statuto hominum sit instituta ad continendum, sicut demonstrato dolio vini verè dico: hoc est vinum, taliter tamen pronomen: hoc non significat, cum res aliqua non est ad alteram rem continendam instituta, unde si sub pane collocaretur aurum, sub pileo pecunia, non benediceretur demonstrato pane vel pileo: hoc est aurum vel pecunia, nec obstant Sancti Patres sapè hoc Sacramentum post consecrationem vocantes panem; quia non ideò appellatur panis & vinum, quod substantia panis in hoc Sacramento maneat, sed vel quia ex pane facta est Eucharistia, vel quia cum Corpore Christi accidentia & species panis manent, vel quia naturalem alendi & nutriendi vim adhuc retinet; non est autem novum in Scriptura*

urâ res e
pellari, e
pulvere fa
sta Adæ d
tur Christ
sentem in

An po

CONV
han
nos positi
ter sit ter
quo alig
aliquo m
tus unius
inter defi
termini a
inception
ur in acc
cidental
substanci
us alia ef
tus ab u
dem subj
is est cor
stantiam
nente.

DICO
se extend
pote est per
bonem tot
convertat

tura

terrá res ex aliis factas earum rerum nominibus appellari, ex quibus factæ sunt; sic homo ex limo & pulvere factus dicitur pulvis terræ. Eva facta ex costâ Adæ dicitur os ex ossibus Adæ. Ex quibus sequitur Christum per transubstantiationem esse præsentem in Sacramento Eucharistiæ.

Q U Æ S T I O I.

An possibilis sit transubstantiatio & qualis actio ?

Conversio est transitus unius rei in aliam, ad hanc requiritur primò ut sit inter duos terminos positivos, quorum unus sit terminus à quo, alter sit terminus ad quem. Secundò; ut terminus à quo aliquo modo desinat, & terminus ad quem aliquo modo incipiat, aliàs enim non esset transitus unius in aliud. Tertiò, ut sit aliqua connexio inter desitionem termini à quo, & inceptionem termini ad quem, ità, ut desitio unius sequatur ex inceptione alterius; conversio ità explicata dividitur in accidentalem & substantialem; conversio accidentalis habet terminum ad quem accidentalem; substantialis substantialem; conversio substantialis alia est formalis, alia totalis; formalis est transitus ab una forma substantiali ad aliam manente eodem subjecto nempe materia prima conversio totalis est conversio à tota substantia in aliam totam substantiam nullo communi subjecto substantiali remanente.

DICO I. *Deus est actus infinitus, unde ejus actio se extendit ad totam naturam entis. Non igitur solum potest perficere conversionem formalem. . . sed conversionem totius entis, ut scilicet tota substantia hujus convertatur in totam substantiam illius & hoc agitur*

divina virtute in hoc Sacramento. S. Th. hic Q. 75.

a. 4. O.

Prima Pars probatur: Natura Entis est communis utrique termino conversionis; quodlibet enim, quod est in rerum natura, est Ens, sed Deus est Author totius Entis, ità, ut ejus potentia subdantur omnia Entia tam in ordine ad esse, quàm in ordine ad non esse: creat enim & potest annihilare; ergo etiam subduntur in ordine ad conversionem in aliud quodcunque Ens, ità ut nihil eorum remaneat, sed totaliter convertantur; igitur possibilitas hujus conversionis in duobus fundatur: Videlicet in omnipotentia divina, quæ cum faciat & fecerit, ut ea, quæ non sunt, fiant & facta fuerint, multò magis potest facere, ut ea quæ sunt, in aliud convertantur: major enim est distantia inter Ens & non Ens (est enim infinita) quam inter unum Ens creatum & aliud, inter Deum autem & Ens creatum est infinita distantia positiva, ac proinde major quam inter Ens creatum & non Ens: hæc enim est tantum infinita negativè, Aliud, in quo hæc possibilitas fundatur, est potentia obedientialis passiva ingenita cuicunque creaturæ in ordine ad omne illud, quod non implicat contradictionem; cum igitur converti unum ens creatum in aliud non involvat contradictionem; minus enim est unum converti in aliud, quam ex nihilo fieri; quia experimur naturaliter fieri conversiones partiales sive formales mediis creaturis, & tamen non potest aliquid ex nihilo fieri mediis creaturis, poterit unum Ens creatum in aliud converti, & tunc definit esse, quod erat, & incipit esse, quod non erat: non enim potest simul e. g. unum & aliud.

Secunda Pars est definita à Con. Trid. sess. 13. Can. 2. & contra Sectarios nostri temporis ità ostenditur

ditur: V
crament
præfens
efficacia
quàm pe
est diffic
mis Chri
plication
tionem l
ego dabo
borum c
Judæos
dare ad
non con
adhuc c
manduc
ejus San
manduc
in me m
tanti me
vocation
verba x
ad erud
ergo C
Carnem
non hat
catio C
Sacram
dite: h
tias eri
hic est
multis e
Sumite
gracias
aut illis

ditur

ditur: Verum Christi Corpus & Sanguis est in Sacramento Eucharistiæ sub speciebus panis & vini præsens non tantum virtualiter præsentia virtutis & efficaciam, sed præsentia substantiæ, sed non aliter quam per transubstantiationem; ergo Maj. in qua est difficultas probatur 1. ex sacra Scriptura: imprimis Christus Joan. 6. postquam miraculum multiplicationis quinque panum exhibuisset; institutionem hujus Sacramenti promisit: *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*; quorum verborum occasione cum esset orta contentio inter Judæos; *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Salvator noster verba sua non correxit, figuratè illa explicando, sed magis adhuc confirmavit: *Amen amen dico vobis: nisi manducaveritis Carnem Filii hominis & biberitis ejus Sanguinem non habebitis vitam in vobis, qui manducat meam carnem & bibit meum Sanguinem in me manet & ego in eo.* Quæ Respon. Christi in re tanti momenti, ubi nimirum legem condebat, æquivocatione & Amphibologia carere debebat, ne verba æternæ Veritatis potius ad fallendos quam ad erudiendos homines destinata viderentur; cum ergo Christus expressè dixit: *Nisi manducaveritis Carnem Filii hominis & biberitis ejus Sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Vera & realis manducatio Christi fuit imperata. Deinde Christus hoc Sacramentum instituit Mat. h. 26. *Accipite & comedite; hoc est Corpus meum & accipiens calicem gratias erit: & dedit illis, dicens: bibite ex hoc omnes: hic est enim Sanguis meus novi Testamenti; qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum* Mar. 14. *Sumite, hoc est Corpus meum. Et accepto calice gratias agens dedit eis: & biberunt ex illo omnes, & ait illis: hic est Sanguis meus novi Testamenti, qui*

XXII.
S. Th. hic Q. 71.

Entis est commu-
quodlibet enim,
sed Deus est Au-
substantur omni-
in ordine ad
tribulare; ergo
onem in aliud
maneat, sed
as hujus con-
cet in omni-
cerit, ut ea,
multo magis
convertan-
s & non Ens
Ens creatum
eatum est in-
major quam
e enim est tan-
no hæc possibi-
entialis passiva
edine ad omne
fictionem; cum
in aliud nomi-
nem est unum con-
i; quia experimur
iales sive formales
a potest aliquid ex
poterit unum ens
tunc debet esse,
od non erat: non
aliud,
Con. Trid. sess. 13,
ti temporis na ostendit

pro multis effundetur. Luc. 22. *Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem, similiter & calicem, postquam cenavit, dicens: hic est calix novum Testamentum in Sanguine meo, qui pro vobis fundetur.* Ex quibus conficitur hoc Argumentum: quod Christus demonstrativè asseruit, à se in manibus teneri, & exhiberi sub signis sensibilibus panis & vini, illud omninò in manibus habuit & discipulis exhibuit: quia erat veritas infallibilis, quæ nec fallere nec falli poterat; atqui Christus demonstrativè asseruit, quod haberet in manibus sub signis sensibilibus panis & vini suum Corpus & Sanguinem: quia propositio demonstrativa, & substantialis significat realem & substantialem identitatem inter prædicatum & subjectum, hæc verò propositio: *Hoc est Corpus meum; Hic est Sanguis meus.* Est propositio affirmativa substantialis & individualiter demonstrativa; ergo significat identitatem realem inter Corpus Christi & individualement substantiam existentem sub signis accidentalibus panis & vini. *Si hominis confirmatum testamentum rem spernit aut superordinat, ut ait Apost. ad Galat. 3.* quanto minus testamento Christi derogandum est; quia nec ullus est Calvinista, cui, si quis amicorum domum vel agrum testamento relinqueret, impletam ergà se ultimam voluntatem amici arbitraretur, si tabella domum vel agrum repræsentans ab Executoribus Testamenti daretur: Denique Apost. 1. ad Cor. 10. de usu hujus Sacramenti ità loquitur: *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio Sanguinis Christi est? & panis quam frangimus nonne participatio Corporis Domini est?* Subditur: *quoniam unus panis, unum corpus sumus omnes, qui de uno pane participamus;* atqui si non verè in Eucharistia

rística su
falsum e
re, quin
diverso
quot su
unum
quamvi
comede
Christi
lit præf
terratur
pare. I
præpar
hunc, v
Corpori
in hoc
riam &
ter pecc
hoc sig
num ab
& figur
Prob
quam c
tum in
fia Dei
& Fir
dit, n
sentia
culis r
que p
brevit
ab Ec
sexcen
degave
Christi
ristia

ristia sumatur Corpus Christi, sed panis communis, falsum est: omnes Christianos de uno pane participare, quin potius fatendum erit, à diversis hominibus diversos panes manducari, & tot panes sumi, quot sunt manducantes; sicut in veteri Lege, non unum agnum Paschalem omnes manducabant, quamvis agnus ille unum Christum significaret, sed comedebantur tot agni, quot erant familiæ; si verò Christi Corpus reipsâ secundum suam substantiam sit præsens, manifestum est omnes fideles ubique terrarum de uno pane qui corpus Christi est participare. Iterum Apost. in eadem Epist. cap. II de præparat. dicit: *Quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit Corporis & Sanguinis Domini*; atqui, si nihil aliud in hoc Sacramento sit venerandum præter memoriam & signum passionis Christi, non tam graviter peccaret, qui in statu peccati mortalis sumeret hoc signum: cum Calvinistæ Patroni Iconoclastarum ab omni peccato illos absolvant, qui imagines & figuras Christi frangunt, & indigne tractant.

Probatur 2. Illa est vera & Catholica doctrina, quam continuò renuit Ecclesia, & cujus oppositum in Ecclesia habetur ut hæresis: quia vera Ecclesia Dei vivi ut vocat Apost. I. Tim. 3. est Columna & Firmamentum Veritatis, unde, quod illa credit, non potest esse erroneum; atqui realem præsentiam Christi in Eucharistia primis quinque sæculis tenuit Ecclesia, ut probatur ex PP. qui quinque primis sæculis vixerunt, quorum citationes brevitate causâ omittimus, & opinio contraria est ab Ecclesia damnata ut hæresis: cum enim ante sexcentos annos Berengarius Archi Diaconus Andegavensis in Eucharistia tantum signum Corporis Christi assereret Anno 1050. hic error damnatus in

Concil. Rom. sub Leone IX. & Anno 1059. sub Nicolao II. in synodo Romana Berengarius hresin suam ejuravit, fidemque Catholicam de veritate præsentia Christi in Eucharistia est professus illâ formâ quæ habetur Can. Ego Berengarius 42. Dist. II. de Consecr. eundem errorem à Waldensibus & Albigenibus renovatum damnavit Innoc. III. in Con. Lateran. IV.

Idem eandem veritatem fidei contrâ Calvinistas & Zwinglianos definivit Conc. Trid. sess. 13. Can. 1 his verbis: *Si quis negaverit in sanctissimo Eucharistia Sacramento contineri verè realiter & substantialiter Corpus & Sanguinem unà cum anima & divinitate Domini nostri Jesu Christi, ac proinde totum Christum, sed dixerit tantummodò esse in eo ut in signo vel figura aut virtute Anathema sit.* **Objectiones Hæreticorum sunt:**

Prima, Christus Joan. 6. v. 64. dicit: Spiritus est, qui vivificat, caro non prodest quidquam, verba quæ locutus sum vobis, Spiritus & vita sunt. Quem Textum S. Aug. connotans in Psal. 98. ad v. Adorate scabellum pedum ejus, ità interpretatur: Spiritualiter intelligite quid locutus sum non hoc corpus, quod videtis manducaturi estis, & bibituri illum Sanguinem, quem fufuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendavi, spiritualiter intellectum vivificabit vos, & si neesse est illud visibiliter celebrari, oportet tamen invisibiliter intelligi. Idem S. D. Tract. 26. in Joannem illa verba Domini: Hic est panis qui de cælo descendit, ut si quis manducaverit ex ipso non moriatur, ità exponit: Sed quod pertinet ad virtutem Sacramenti, non quidem pertinet ad visibile Sacramentum. Qui manducat intus, non qui manducat foris, qui manducat in corde, non qui premit dente; Ergo inferunt

ferunt
mento
tualiter
R.
Verba
uti inte
res Dife
culas de
cibo da
delicet
nem tu
sub vis
lem; ut
mandu
dem s
tufuri
statum
exclud
ore cor
nis spir
cario e
missa e
Juda,
mand
tate E
charit
Sec
charif
nem,
memo
prate
R.
præse
præse
sapius

ferunt juxta S. Aug. verba Christi de hoc Sacramento non carnaliter de reali presentia, sed spiritualiter de figurali sunt intelligenda.

℞. Mentem S. Doctoris in primo loco esse: Verba Christi non esse intelligenda carnali sensu, uti intelligebant Capharnaitæ, & quidam rudiores Discipuli Christi, quasi Dominus aliquas particulas de suo corpore esset præcisurus; illisque pro cibo daturus, sed esse intelligenda spiritualiter, videlicet quod modo supernaturali & invisibili carnem suam daturus esset, non quidem passibilem & sub visibili specie, sed immortalem & impassibilem; unde idem corpus secundum substantiam erant manducaturi, quod videbant, & Sanguinem eundem secundum substantiam erant bibituri, quem tulerunt carnifices, sed non eundem secundum statum & qualitatem. In secundo loco S. Aug. non excludit manducationem sacramentalem, quæ fit ore corporis, sed indicat necessitatem manducationis spiritualis & intellectualis, ad finem, ut manducatio corporalis sit salutifera: quia vita æterna promissa est non illis, qui dente tantum premunt cum Juda, sed qui in corde manducant, non illis, qui manducant foris, sed qui manducant intus in unitate Ecclesiæ, & sunt membra Christi per fidem & charitatem.

Secunda, Christus instituens Sacramentum Eucharistiæ dixit: *Hoc facite in meam commemorationem*, Ergo Christus non est præsens in Eucharistiæ memoria siquidem est rerum tantum absentium & præteritarum, non presentium.

℞. Non tantum rerum absentium, sed etiam presentium oblivisci possumus; ideoque etiam presentium memoria commendari potest. Sic enim sapius Dei obliviscimur, in quo movemur, & su-

mus;

mus; animæ nostræ obliviscimur, cui non miseremur illam maculando peccatis, Angelorum obliviscimur, qui tamen semper nobis adsunt præsentibus adiutores.

Tertia, SS. PP. Eucharistiam vacant figuram, signum, typum, similitudinem & Sacramentum corporis Christi; ergo Eucharistia non est corpus Christi: figura enim & similitudo debet distingui à figurato.

II. Sacramentum Eucharistiæ secundum externam speciem, quæ oculis corporeis obversatur, est signum, figura, mysterium & Sacramentum corporis Christi, secundum rem in ea latentem est verè Corpus & Sanguis Christi.

Quarta, Christus Matt. 26. v. 11. dicit: *Semper pauperes habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis*, Joan. 16. v. 28. *Relinquo mundum, & vado ad Patrem*. In symbolo Apostolico ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Patris; ergo Christi corpus non est in Eucharistia præsens: cum idem corpus nequeat esse in pluribus locis.

II. Christum quidem reliquisse mundum, neque semper cum hominibus conversari præsentiam sensibili, esse tamen realiter Christum præsentem in Eucharistia præsentiam invisibili, quamvis autem idem corpus non possit esse in pluribus locis modo naturali & proprio corporum, non repugnat tamen esse in pluribus locis modo sacramentali, præter leges naturæ per omnipotentiam divinam.

Quinta, Christus 1. ad Cor. 10. v. 4 vocatur *petra*, Joan. 1. *Agnus*, Joan. 15. *vitis* &c. quæ omnia accipiuntur in sensu Metaphorico. Ergo etiam quando dixit: *Caro mea est cibus*: id intelligi poterit in sensu Metaphorico.

II. Ad excludendas has Cavillationes addidit
Chri-

Christi
est rea
Hoc e
II. v.
v. 28.
pro m
corpore
nificat
DIO
fit corp
sed quo
panis
Sive tr
formal
poris
vini.
Pri
cat me
versior
non es
& qua
adduc
transl
substa
actio
substa
nem p
Sec
ductiv
transl
corpore
Christi
transfu
potest
ualite

Christus Joan. 6. v. 56. *Caro mea verè est cibus*, hoc est realiter non similitudinariè & figuratè Luc. 22. *Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur*, I. ad II. v. 24 *quod pro vobis tradetur*, Math. 26. v. 28. *Hic est Sanguis meus novi Testamenti, qui pro multis effundetur*; quæ omnia non nisi de reali corpore & sanguine Christi directè & in recto significato verificantur.

DICO 2. *Non faciunt verba quod corpus Christi sit corpus Christi; neque quod panis sit corpus Christi, sed quod contentum sub his speciebus, quod prius erat panis, sit corpus Christi.* S. Th. hic Q. 78. a. 5. O. Sive transubstantiatio non est actio adductiva, nec formaliter productiva, sed effectivè unitiva corporis & sanguinis Christi cum speciebus panis & vini.

Prima Pars probatur: Actio adductiva significat motum localem, sed corpus Christi per conversionem Eucharisticam non movetur localiter: non est enim in hoc Sacramento modo divisibili & quantitativo, sed modo indivisibili, actio autem adductiva, ut ex ipso nomine patet, potius est translatio, quam transubstantiatio, quæ est actio substantialis, habens terminum substantialem, cum actio adductiva formaliter non habeat terminum substantialem, sed potius accidentalem ipsam nempe præsentiam sacramentalem corporis Christi.

Secunda Pars probatur: Actio formaliter productiva tendit ad dandum rei productæ esse; atqui transubstantiatio, sive conversio totalis panis in corpus Christi non tendit adtribuendum corpori Christi esse substantiale: siquidem quod jam ante transubstantiationem erat substantialiter existens, potest tamen dici, quod transubstantiatio sit virtualiter productio corporis Christi ex pane; quia est

est tantæ virtutis, ut vi transubstantiationis ex destructa substantia panis & vini de novo poneretur ac produceretur substantia corporis Christi, si non prius supponeretur producta; Alii dicunt esse actionem productivam secundum quid, quia est productiva corporis & sanguinis Christi non simpliciter, sed quatenus in Eucharistia substantiæ panis & vini succedit substantia corporis & sanguinis Christi. Ex eadem ratione transubstantiatio non est actio conservativa corporis Christi sub speciebus panis: quia illa præsupponit actionem productivam, conservatio enim est continuata rei productio, transubstantiatio autem non est conservatio antiqua, quâ corpus Christi conservatur in cælis; quia vi illius existit corpus Christi modo extenso & circumscriptivo, neque est conservatio nova; quia illa natura prius præsupponit productionem.

Tertia Pars probatur: Conversio Eucharistiæ est formaliter illa actio, quâ destructâ substantiâ panis & vini contentum sub accidentibus panis & vini est corpus & sanguis Christi: quia per hanc actionem sufficienter intelligitur converti substantia panis & vini in substantiam corporis & sanguinis Christi; atqui illa actio est unitiva: quia per actionem per quam effectivè corpus Christi unitur speciebus panis, fit efficienter, ut corpus Christi sit contentum sub speciebus, quæ antea continebant substantiam panis & vini. Ergò

Obj. I. Juxta modum loquendi Sanctorum Patrum corpus & sanguis Christi fit & producitur ex pane & vino; ergo conversio Eucharistica est actio productiva.

¶ Sanctos Patres explicare conversionem hanc per analogiam ad conversionem naturalem, quæ est vera actio productiva; convenit enim conversio Eucha-

ristica

ristica c
termino
positive
stantiale
Obj.
esse sub
stantiali
substant
Christi
tale;

¶
termino
novo p
tritione
nalis, n
de nov

Obj.
totius
aquæ in
qui tra

¶
termino
ctiva.

produ

Obj.
esse sub
substan
substan

¶

substan
& de
sed sup

in 4 d

minat

tatur se

verific

rifica cum naturali in hoc, quod versetur inter duos terminos positivos, & sit transitus à termino à quo positivo ad terminum ad quem positivum & substantialem.

Obj. 2. Terminus transubstantiationis debet esse substantialis; quia est conversio totalis substantialis; atqui terminus actionis unitivæ non est substantialis, sed accidentalis; esse enim corpus Christi unitum speciebus panis & vini est accidentale;

¶. Ut conversio sit substantialis, sufficit, quod terminus formalis sit substantia non necessariò de novo producta, sed de novo unita, sicut in nutritione hominis terminus formalis est anima rationalis, non de novo producta, sed materiæ alimenti de novo unita.

Obj. 3. Omnis conversio totalis est productio totius substantiæ ex tota substantia, ut conversio aquæ in vinum, uxoris Loth in statuam salis; atqui transubstantiatio est conversio totalis; ergo.

¶. Omnis conversio totalis, in qua supponitur terminus formalis producendus, est actio productiva. Con. in qua supponitur terminus formalis productus, est actio productiva N.

Obj. 4. Omnis conversio totalis est transitus de esse substantiali ad esse substantiale; atqui nisi transubstantiatio sit productio, non est transitus de esse substantiali ad esse substantiale.

¶. Conversio substantialis est transitus de esse substantiali ad esse substantiale, quod immutatur & de novo producitur, N. quod non immutatur, sed supponitur productum Con. quia juxta S. Th. in 4 dist. 11. Q. 1. a. 3. in fine O. Hoc in quod terminatur conversio Eucharistica; nullo modo transmutatur scilicet Corpus Christi, sed solum panis, qui convertitur.

QUÆ

QUÆSTIO II.

An substantia Panis desinat per annihilationem?

DICO : *Substantia Panis vel vini factâ consecratione neque sub speciebus Sacramenti manet, neque alibi, non tamen sequitur, quod annihilatur.* S. Th. hic Q. 75. a. 3. ad 1.

Probatur : Ad annihilationem requiruntur duo imò, quod res desinat secundum totam suam entitatem per subtractionem concursûs, & non per influxum aut actionem : quia per influxum & actionem aliquid fit, sive terminus actionis veræ est aliquid positivum ; terminus autem annihilationis est aliquid negativum sive desitio totalis rei, quæ fit per subtractionem concursûs, quo ipsa res conservabatur, & ità illo subtracto desinit conservari, unde redit in nihilum, ex quo per creationem fuerateducta : conservatio enim est continuata creatio. 2dò Quod ad ejus desitionem non ponatur aliud per se & ex natura rei : aliàs enim esset totalis conversio : nam sicut creatio non importat destructionem aut desitionem alterius, dum ponitur id, quod creatur, aliàs esset conversio, & non creatio ; sic annihilatio opposita creationi non importat positionem alterius, dum desinit id, quod annihilatur, sed substantia panis & vini in Eucharistia non desinit per subtractionem concursûs, imò per actionem miraculosam destruitur ad quam concurrat sacerdos, ut applicans formam consecrationis, & forma ipsa, ut instrumentum physicum ; & ex alia parte desitio substantiæ panis & vini facta per consecrationem per se & ex natura rei postulat positionem

nem &
ur indic
non ant
Obj.
sed nihil
nem ten
R. N
nihil re
servativ
nem in
lam nor
aliquid
pus & i
sti sang
Obj.
Substant
vera an
latio,
R. C
si nihil
lam sub
per act
ad ince
tivè co
Q
T Er
li
formali
actionis
quatus c
temaner
Pars

nem & existentiam corporis & sanguinis Christi, ut indicat ipsa forma; ergo substantia panis & vini non annihilatur.

Obj. 1. Cujus nihil remanet, illud annihilatur, sed nihil substantiæ panis & vini post consecrationem remanet; ergo

R. Negando Maj. vel distinguendo: Cujus nihil remanet per subtractionem concursus conservativi, illud annihilatur Con. per conversionem in aliud N. licet ergo post conversionem illam non remaneat aliquid panis, remanet tamen aliquid, in quod est conversus panis nempe corpus & in quod conversum est vinum nempe Christi sanguis.

Obj. 2. Si panis desineret secundum totam substantiam & non succederet corpus Christi, esset vera annihilatio, ergo etiam jam est vera annihilatio.

R. Concesso Ant. N. Consequentiam: Quia si nihil succederet pani, desineret panis per solam subtractionem concursus conservativi & non per actionem positivam, per quam nunc desinit ad inceptionem termini positivi vi actionis positivè convertentis positi.

Q U Æ S T I O III.

Quisnam Transsubstantiationis terminus?

Terminus conversionis est duplex: alius formalis & primarius, alius adæquatus, terminus formalis est ille, qui per se primò intenditur, & vi actionis succedit termino à quo; terminus adæquatus est totum illud, quod post conversionem remanet, sicut in generatione hominis terminus for-

malis est anima, adæquatus est compositum ex anima & corpore.

DICO. *Conversio, qua fit in hoc Sacramento directè terminatur ad substantiam Corporis Christi.* S. Th. hic Q. 76. a. 4. O.

Probatur: Ad illud directè terminatur conversio in hoc Sacramento, sive quod idem est, illud est transubstantiationis terminus, in quod convertitur panis & vinum; sed in substantiam corporis & sanguinis Christi convertitur panis & vinum, ut docet Trid. sess. 13. de Euchar. cap. 4. Persuasum semper in Ecclesia Dei fuit idque nunc denuò sancta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis & vini conversionem fieri totius substantia panis in substantiam corporis Christi Domini nostri, & totius substantia vini in substantiam sanguinis ejus, qua conversio convenienter & propriè à sancta Catholica Ecclesia transubstantiatio est appellata; ergo transubstantiationis terminus & quidem formalis est substantia corporis & Sanguinis Christi; sicut enim in aliis conversionibus naturalibus v.g. quando lignum convertitur in ignem terminus formalis conversionis est forma ignis: quia talis conversio est tantum partialis: remanet enim materia ligni sub forma ignis; si autem esset conversio totalis, ut est Eucharistica, totus ignis esset terminus formalis primarius, ità in hac conversione totali ipsum corpus & sanguis Christi secundùm suam substantiam est terminus formalis primarius conversionis Eucharisticæ. Dixi formalis: quia terminus adæquatus est totum hoc, quod remanet post consecrationem, quod non est solum corpus & sanguis Christi, verùm etiam accidentia panis & vini, sub quibus præsens est corpus & sanguis Christi, proinde adæquatus transubstantiationis terminus est sub-

substantia
sub specie
Obi.
fit substantia
illius corporis
sum, tum
mentali
taretur in
re. D
esse simpliciter
& cum anima
ris Christi
stans à
mentali
quod h
secundùm
suis ut e
tur, quod
ad 2. p
tam Christi
tatem ad
sub specie
nus repu

DICO
a
Q. 75.
Pate
sess. 13.
panis &
Christi
Cum er

substantia corporis & sanguinis Christi ut præsens sub speciebus panis & vini.

Obj. Si terminus formalis transubstantiationis sit substantia corporis Christi, ergo acciperet vi illius corpus Christi suum esse, consequens est falsum, tum quia humanitas Christi est causa instrumentalis omnium Sacramentorum, tum quia mutaretur ipsum gloriosum corpus Christi.

R. Distinguendo Consequens: acciperet suum esse simpliciter & secundum se N. secundum quid & cum addito Con. incipit enim substantia corporis Christi per transubstantiationem esse ut indistans à speciebus panis & vini, sive esse sacramentaliter, unde ad primam probationem dico: quod humanitas Christi ut substantialiter existens secundum se possit esse instrumentalis causa sui ipsius ut existentis sacramentaliter, unde non sequitur, quod idem secundum idem sit causa sui ipsius ad 2. probationem dico: quod corpus gloriosum Christi non mutetur recipiendo aliquam qualitatem alterativam, sed substantialem præsentiam sub speciebus Eucharisticis, quæ mutatio nullatenus repugnat glorioso Corpori.

Q U Æ S T I O I V.

An & quæ accidentia manent?

DICO. *Sensu apparet, factâ consecratione omnia accidentia panis & vini remanere. S. Th. hic Q. 75. 2. 5. O.*

Patet Conclusio: Ex definitione Conc. Trid. sess. 13. quod Can. 2. definit fieri conversionem panis & vini in substantiam corporis & sanguinis Christi manentibus duntaxat speciebus panis & vini. Cum ergo à Concilio sola excludatur substantia

rio XXII,
est compositum ex ani-

si in hoc Sacramento
an Corporis Christi.

minatur conversio
em est, illud est

quod converti-

tiam corporis &
& vinum, ut

4. Persuasum
denno (an) Et a

panis & vi-

panis in sub-

& totius sub-

ejus, qua con-

Catholica Ec-

ergo trans-

m formalis est

isti, sicut enim

v.g. quando lig-

us formalis con-

alis conversio est

materia ligni sub

versio totalis, ut

terminus formalis

ione totali ipsam

um suam substans-

arius conversio

quia terminus ma-

manet post conse-

m corpus & sangui-

na panis & vini, sub

nguis Christi, prin-

tionis terminus est

sub-

panis & vini & dicatur de accidentibus indefinite: omnia accidentia remanere, non tantum ea, quæ sensu percipiuntur, sed etiam alia solo intellectu perceptibilia videlicet quantitatem remanere dicendum est, ut ulterius

*Probat*ur: Ubi est impenetrabilitas, ibi est quantitas, sed in accidentibus Eucharisticis remanet impenetrabilitas, quæ est proprietas quantitatis, ergo etiam ibi reperitur quantitas; at non quantitas corporis & sanguinis Christi; ergo panis & vini.

Si dicas: Penetrationem accidentium miraculose impediti; *Contra est*, quod miracula non sint de novo astruenda & multiplicanda sine gravi ratione & necessitate, atqui hoc esset novum perpetuumque miraculum, si Deus accidentia Eucharistica identidem à mutua penetratione impediret, imò cum absque quantitate non essent quanta, hoc ipso deberent se necessario & inimpedibiliter penetrare.

Obj. 1. Ad definitionem essentiaæ sive substantiaæ definiunt quoque accidentia, quæ sunt proprietates substantiaæ.

R. Sicut substantia connaturaliter non existit sine proprietatibus, ita neque remanent proprietates sine substantia naturaliter, bene tamen virtute supernaturali divinitatis easdem conservante.

Obj. 2. Si remaneant accidentia virtute divina, ergo Deus deciperet nos; quia perceptis accidentibus iudicaret intellectus erroneè, adesse quoque substantiam imò Ecclesia canens: visus, gustus, tactus in te fallitur: talem videtur deceptionem admittere.

R. Negando Conseq. Cujus probatio distinguitur: iudicaret intellectus Fide instructus erroneè adesse

adesse
de sensu
dentia,
dicuntur
cet inte
acciden
in 4. Di
rei iudi
tum,
in 3. de
tio, qui
sed de su
adjutus
que fide
sunt fid

De m

EX d
sta
ubique
esse pe
Deus si
que, u
Cum v
y. 15.
mundu
non est
mentu
dent a
corpor
secratio
liquide

adesse quoque substantiam N. fide carens Con. unde sensus non decipitur, cujus objecta sunt accidentia, quæ reverà adsunt, prout sensum immutant, dicuntur autem sensus falli occasionaliter, si videlicet intellectus fide non illustratus judicet occasione accidentium per sensus perceptorum. Hinc S. Th. in 4. Dist. 12. Q. 1. a. 1. Q. 2. ad 2. *De substantia rei judicare non pertinet ad sensum sed ad intellectum, cujus objectum est, quod quid est, ut dicitur in 3. de anima, & ideo non accidit ibi aliqua deceptio, quia accidentia sunt ibi, de quibus sensus judicat. sed de substantia verum judicium habet intellectus fide adjutus: nec est inconveniens, quod intellectus absque fide erret in hoc Sacramento: sicut & in aliis, quæ sunt fidei.*

DISPUTATIO XXIII.

De modo, quo Christus est in Eucharistia.

EX dictis refutatus manet hæreticorum ubiquistarum error, qui corpus Christi volunt esse ubique, consequenter in Sacramento Eucharistia esse per ubiuitatem: licet enim Christus quæ Deus sit ubique, quatenus tamen homo non est ubique, ut probant expressa Scripturæ verba Joan. 6. *Cum videret turba, quod Jesus non esset ibi,* Joan. 11. *Ÿ. 15. Nox eram ibi,* Joan. 16. *Ÿ. 28. Relinquo mundum, & vado ad Patrem,* Mar. 16. *Surrexit non est hic.* Et hic error totaliter evertit hoc Sacramentum: quia omnia Sacramenta novæ Legis pendunt ab institutione Christi, at positâ ubiuitate corporis Christi ejus corpus in pane esset ante consecrationem, imò ante institutionem Eucharistiæ: siquidem illam ubiuitatem haberet Christus vi-